

Ad sapientem pertinet omnia in vniuersali scire et difficultia et habere scientiam que sui ipsius causa est et non causa alterius.

Anima mouet corpus ad omnem differentiam positionis scilicet sursum et deorsum ante retro dextro et sinistro. *De anima.*

Et hoc est verum affirmatiue.

Audire fabulas est impedimentum cognitionis veritatis: secundo metaphisicis.

Antiqui philosophi acquisitis vite necessarijs. primo ceperunt philosophari. primo metaphisicis.

Anima est causa corporis viuentis in triplici genere cause scilicet formalis efficientis et finalis. secundo de anima

Artifex secundum possessum intendit se assimilare nature. commentator secundo metaphisicis.

Animalia audiuntur magis dormiendo quam vigilando. In de somno et vigilia.

Animalia respirantur in humido. in de morte et vita

Apes habent regem qui non exiit nisi cum omnibus apibus ibidem Similiter vera

Anima infunditur corpori iussu dei in libro de proprietatibus elementorum Similiter vera

A mulieribus non regitur ciuitas. primo politici. simpliciter vera

Alia preciosior est corpore in omni possessione. vij. politici.

Ars separat defectum nature ibidem

Amor odium et proprium commodum sepe faciunt iudicem non videre verum. primo rethorici. Simpliciter vera

Amicus gaudet de bonis et dolz de malis sui amici. ij. rethorici.

A luxurie feruore student se discipuli alienare per Boetium in disciplina scholarium

Unum est adulterari cum uxore tyranni tempore belli

Intelligit sic vitale seu expediens est tempore belli adulterari cum uxore tyranni ut ipsa reuelet secreta. et sic bonum non dicitur bonitate moris quia non est bonum morale sed malum Sed importat utilitatem ut dicitur est.

Bonum et malum sunt contrarie opposita per philosophum in predicamentis. Intelligitur sic. prout bonum et malum sunt differentie entis non sunt opposita contrarie sed contradictorie. quia malum entis non est ens. Sed bonum entis est ens. Sed tunc ad philosophum dicitur quod loquitur de bonitate moris et non de bonitate entis. Alio modo potest autoritas intelligi sic. Si unum contrariorum est in rerum natura sic etiam est reliquum. id est si unum oppositorum non est deus

b iij